



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 1. De mari Ionio in genere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

*Fretum Siculum.* Certè de Freto Siculo omnes penè consentiunt Scylax, Thucydides, Strabo, Plinius, Philostratus. Pomponius Mela lib. 2. illud mare restringit fluuiio *Metauro*, qui paulò supra Fretum influit in idem mare. Procopius 1º Vandalicarum ad *Ganrum & Melitam* insulas hoc extendit, & illas facit limites Tyrreni maris, & Adriatici. Dilatatur ab Dionysio, Afro, Eustathio, Prisciano, Auieno, qui illud ad Africam extendunt: Pomponius Mela ad Gallias usque.

## CAPVT QVINTVM.

*De Mari Ionio.*

**R**E M aggredimur impeditissimam, & in quâ Philippi Cluuerij etiam desiderata est industria. Nam Diatribâ, quam addidit Italæ suæ, rem obscurasse videtur potius, quam illustrasse. Dici tamen potest hunc fœtum tanti viri posthumum fuisse, quod ex aliquot lacunis, & mendis arguitur.

§. 1. *De Mari Ionio in genere.*

MARE illud quod Græciam inter Italiāmque diffunditur à Freto Siculo ad partem Occidentalem *Crete*, dictum est.

Primò CHRONIVM, inquit Apollonij vetus Scholia festo ad illud *Saturnus habitarit*: vel ut Eustathius à Chroniâ insulâ, quæ vbi sita fuerit, incomptum est. Tzetzes etiam ait vocatum esse *Rheæ sinum*, sed auctorem non laudat.

Secundo CELTICVM: ita disertè vetus Apollonij Scholia festo ad lib. 3.

Tertiò IONIVM de quo nomine §. 6. Sic intelliges Poëtas collocantes Strophadas in *Ionio* mari. Dicitur aliter à Marone IONIUM IMMENSUM.

Quartò ADRIAS & mare ADRIATICVM, ut agnoscitur ex Strabone lib. 2. & Philostrato 2. de Iconibus.

Quintò AVSONIVM ab Ausonibus Italiae populis.

Sextò SICULVM ab insulâ Siciliâ cuius latus Orientale alluit.

§. 2.